56.

Jaczko et Alexandrum Jamyenskye principaliter omnes nobiles ut frumenta diversi generis et seminis ozymos ac aritunos praedictorum pecora cornuta et pecudes centum quinquaginta violenter receperunt pisces de piscinis eorumque violenter expiscarunt fructus et proventus vigore praefatae exdivisionis adimerunt et alienarunt bona ... cum paradisi in sorte ipsorum villae Zoran ac ... cmetonum et ... praefatae sortis villae Zoran adimerunt et alienarunt quae ita et ... fieri ipse minime ... et nobiles praefati ... minime sua personali recognicione ... sunt.

Protestatio Adamowski contra Choyszko

Nobilis Jeronimus Adamowsky factor bonorum villae Choszowiecz magnificorum Joannis Chroszeri comitis in Tarnow castellani Voynicensis et Zophiae de Sprowa coniugum et contra nobilem Georgium Choyszko coram officio et actis praesentibus castri Premisliensis manifestabatur solenniterque protestatus est quia ipse post posita pace communi pro universis terrigenis asseccurata est certo tempore ad lustracionem duabus septimanis et post lustracionem totius secuturis esse debuit dominus ipse Jeronimus Adamowsky unacum nobilibus Gregorio Malsky et Feliciano Sudelek ex lustracione alias pokazowanya versus villam Soszniga nihil mali suspicans tanquam pace communi asseccuratus equitarat ad villam Szoszniga venit ille Georgius Choyszko tanquam hostis patriae et violator depraedatorque legis nulla sibi antea diffidacione praemissa uti homini equestris ordinis licuit immo licenciose ac ausu temerario suo hospicium in villa Szosniga sabbato festi Nativitatis gloriosissimae Virginis Mariae proxima praeterito ipso die lustracionis violenter in eundem Adamowsky irruit et invasit ... verbis inhonestis affecit deinde super eundem manu forti gladium vibravit ac eidem vulnus lividum in genu pedis sinistri prout ipse asserebat intulit unde patitur ac speratur mutilacionem perpetuam et nisi per certos et bonos viros fuisset defensus profecto ipsum interemisset.

Therleczki quiettat de suma 100 flor. et de perluczsaliterum Therleczki

22/IX. Actum in castro Premisliensi sabbato post festum Sancti Matthaei Apostoli proxima anno domini 1565.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castri Premisliensis nobilis ac religiosus Fedor Therleczky canonicus alias namyesnik Drohobyczensis palam et per expressum recognovit quia sibi est totaliter et plenarie satisfactum de summa centum florenorum pecuniae bonae monetae et numeri Polonicalis a nobili ac religioso Jaczko Pop Therleczky quam summam centum florenorum pecuniae praefatus Fedor Therleczky habuit per ipsum Jaczko Pop Therleczky in bonis villae sortis Rosszochy in quodam cmethone suo inscriptam in actis castri Premisliensis 57. eiusque satisfactionis eundem Jaczko Pop Therleczky de praefata summa centum florenorum pecuniae communibus quietat et liberum facit, ac inscripcionem castrensem Premisliensem sibi super summam praefatam centum florenorum pecuniae communis in praefatis bonis sortis villae Rosszochy szmeno, necnon totum processum iuris utputa lucra perlucra citaciones condictiones ad satisfaciendum necnon citaciones ad decernendum vadia evicata in execucionem rei iudicatae ac citacionem ad vadiendum per praefatum Fedor Therleczky super ipso Jaczko Pop Therleczky ad inscripcionem praefatam castrensem Premisliensem super ... nominatam in officio praesenti castrensi Premisliensi perduxit et acquisivit cassat mortificat obliterat ac in nihilum convertit, sibique et suis legittimis successoribus pro praemissis omnibus perpetuum imponens silencium.

Vulnera Manastirski contra Vroski

24/IX. Actum in castro Premisliensi feria secunda post festum Sancti Matthaei Apostoli proxima anno domini 1565.

Nobilis Iwan Manasthyrsky coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter ostendit et manifestavit ac testatum fecit vulnus suum sextum cruentum in superficie capitis quod vulnus asserebat sibi foremisliet per nobilem Paulum Vrosky, quod vulnus officium vidit et suscepit.

Vulnera eiusdem contra Manasthyrska

Nobilis Iwan Manasthyrsky coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter ostendit et manifestavit ac testata fecit vulnera sua duo unum lividum circa cubitum, aliud vulnus lividum super palmam manus sinistrae quae vulnera asserebat sibi foremisliet per nobilem Annam consortem nobilis Andreae Manasthyrsky, necnon et crines de barba et sanguine aliis ... eidem Iwan Manasthyrsky extraxit et evellit et ... quae vulnera ac crines extractos ac evellatos officium vidit et suscepit.

Proclamatio capitis nobilis olim Lucae Lodzinski ex parte nobilis Szienko Lodzinski contra Bieleczki

Ministerialis terrae Premisliensis providus Mihael de Jamna unacum nobilibus Nicolao

kowalskij et Joanne putalszkij secum comparen coram off° et actis praesentibus
castren Premisl stans personaliter in vim illorum suae exposuit quia die Dominico
festi Sanctorum Simonis et Judae Aplorum proxima praeterito anno praesenti eidem ministerialj
dictisque nobilibus est obductum et prolatum caput occisum nobilis olim Lucae
Lodzinskij ex parte nobilis Szczęsnko Lodzinskij fris germani per quondam
Gabrielem Szereczky et complices eius occisum et interemptum in quo fu:
ne sen cadavere praefati ministerialis cum dictis nobilibus vidit vulnus fixum sub
pectore item aliud vulnus fixum in manu sinistra item vulnus se:
ctum in occipite a quibus vulneribus ipse Lucas Lodzinskij mortuus
est ac circa ecclesiam villae Lodzinka in cimiterio tumulatus ac sepultus
est circa quam sepulturam ipse ministerialis ex parte nobilis Szczęsnko Lo:
dzinskij fris legittimi eiusdem olim Lucae Lodzinskij occisi pro eodem capi:
te occiso more iuris formam vocis sonorosa et intelligibili eundem praefa:
tum Gabrielem Szereczky proclamavit necnon et circa occisionem praefati
ae recepit ipse Gabryel Szereczky cum suis complicibus florenos trigin:
ta florenos per se gladium pixidem alias Harkabusz pileum cultellum
aeneum cum sagittis annulum argenteum quae ita et non aliter ipse ministerialis
exposuit et nobiles praefati illorum ... ministerialis acti sunt
#quod ut eundem olim Lucam Lodzinskij de vivo mortuum fecit

Intromissio data est kozlowski per Dersniak

Actum in Castro Premisl feria sexta post festum Sancti Matthej
26/IX. Aplj proxima Anno Dnj 1.5.6.5.

ministerialis Terrestris Premisl providus Mathias dictus kyszka de Jaro:
slaw unacum nobilibus Christofero Strzała et Joanne Jamiszowskij
secum comparen coram off° et actis praesentibus castren Premisl stans
personaliter in vim illorum suae praesentiae palam et percepisse exposuit
quia hesterna die Generosus Petrus Dersniak dedit et libere admi:
sit introm cum actuali et pacifica possessione in totam et integram
medietatem sortis villae Chelaszyze in terra et districtu Premisl consisten
Generoso Joanni kozlowskij et hoc vigore inscriptionis castren Premisl
per praefatum Petrum Dersniak in summa trium millium florenorum per se
praefato Joanni kozlowskij actis castren Premisl factae et inscriptae
obedientiamque eiusdem villae cmethonum demandavit ac mandavit quod
in praesentia eiusdem ministerialis et nobilium constiterunt quae ita et non aliter
fieri ipse ministerialis exposuit et nobiles praefati illorum quibus ministerialis sua
personali recognicione acti sunt.

Vulnera Georgij molendinatoris de krukienicze contra Sub:
ditos de Radimcze

Ministerialis Terrestris Premisl providus Szczęsnko de Chliple coram off° et actis praesenti:
bus castren Premisl stans personaliter in vim illorum suae praesentiae palam et
percepisse exposuit quia eidem ministeriali est obductum et prolatum ex parte Geor:
gij molendinatoris de villa krukyenicze subditi Generosi Sebastiani krukie:
nickij quia super eodem Georgio molendinatore vidit vulnera livida quatuor
in manu dextra item duo vulnera livida in brachio sinistro item sedecim
vulnera cruenta in capite quae vulnera asserebat sibi fore inflicta
per laboriosos de villa Ra:
dimcze subditos Generosi Marci Skadnizkij

Relatio ministerialis ex parte Jaskmanizkich contra Canonicos
Premisl

Ministerialis Terrestris Premisl Senatus terrarum Russiae generalis providus Szczęs:
ko de Chliple unacum nobilibus
secum comparen coram off° et actis praesentibus castren Premisl stans
personaliter in vim illorum suae praesentiae palam et percepisse exposuit
quia die hesterna hoc est feria tercia post festum Sancti Matthej
Aplj proxima praeterita eidem ministeriali et dictis nobilibus ex parte Generoso:
rum Joannis et Andreae Jaskmanizkich est solemniter obductum et
prolatum in fundo et hereditatis villae Bolanowicze et in finibus a villa
Pikuliczi et contra Reverendos Stanislaum Lenczkij Decanum et Alexium
krogowskij praepositum necnon physicum Sacrae Regiae Mtis et Cantho:
rem Canonicos ecclesiae Cathedralis Premisl ac totum Capitulum eiusdem
ecclesiae Cathedralis Premisl quia ipsi citati et evocati ipsos Jaskmanz:
kije ad terminum sen citatione succamerariali Premisl ad faciendum ...
... bona ipsorum Jaskmanizkich Bolanowicze et praefatorum
Canonicorum villam Pikulicze succamerarium Premisl pro die praefata
in ... adhesum assignato necnon eius officium eduxerunt per quod in
... et exegerunt ipsos Jaskmanizkije praefati Decanus praepositus
et Cantor totumque Capitulum ecclesiae Cathedralis Premisl induxerunt
pro quibus omnibus ipsi Jaskmanizkij cum eisdem ... tempore et loco
suis competentibus iuridice procedent et experientur quod ita et
fieri gestaque esse ipse ministerialis exposuit et nobiles praefati illorum praesentes
ministerialis sua personali recognicione acti sunt.